

Gratitudinis diei daret, prius sine diei significavit, post qua secutura nox est, deinde postea finem noctis adiunxit. Eousq; autem noctem diei scriptura anteferre non potuit, vt & diei & noctis tempora, diei appellatione concluderit, & tanquam principalis auctoritatem nominis vendicauerit. Et hanc scriptura esse consuetudinem, vt positione appellationem deputet, frequentibus exemplis probamus. Si quidem & Iacob dixit: Dies vite mee pulilli & mali. Et iterum: Oes dies vite mee. Et David posuit: dies annorum meorum: non & noctes. Vnde advertimus ea quae nunc in specie historiae traduntur, vim statuisse legis in posterum. Principium ergo diei, vox dei est: Fiat lux, & facta est lux. Finis diei vesper est. Iam sequens dies ex noctis sine succedit. Sententia autem dei evidens, quia diem primo vocavit lucem, & secundo vocavit tenebras noctem. Praedare etiam vnum, non primum diem dixit, nam secuturo secundo & tertio die, & deinceps reliquis, primum potuit dicere: & hoc ordinis videbatur: sed legem statuit vt viginti quatuor horae diurnae atq; nocturnae, diei tantum nomine definiatur, vt si diceret, viginti quatuor horarum mensura, vnius diei tempus est. Sicut enim virorum generatio computatur, & intelligitur etiam foeminarum, quia nascitur secunda potioribus: ita etiam dies numerantur, & noctes aestimantur adiunctae. Sicut igitur circuitus vnus, ita dies vnus. Nam pleriq; etiam hebdomadam vnam, vnum diem dicunt, quod in se quasi in vnum redeat diem, & quasi septies in se recurat. Est autem & circuitus figurarum a se incipere, & in se reuerti. Vnde & seculum vnum interdum scriptura dicit. Nam et si aliis locis secula appellat, videtur magis diuersitates status publicorum vel negociorum significare, q; seculorum successiones aliquas definire, Quia dies domini magnus & praedarus. Et alibi: Vt quid vobis querere die, domini? Et hic tenebrae, & non lux. Manifestum est enim quod male confais & indignis dies ille tenebrosus sit, quo sulgebant innocentia, & mens noxia cruciabitur. Caeterum quod sine interpolatione noctium, & successione tenebrarum dies perpetuus ille remunerationis aeternae futurus sit, scriptura nos docet. Pulchre autem vicem vtraque vnum dicturus diem, matutino eum sine coeluit, vt & a luce inchoare diem doceret, & illicem definire. Non enim est integrum diei tempus & noctis, nisi fuerit expletum. Vnde & nos semper quasi in die honeste ambulemus, & abiciamus opera tenebrarum. Noctem enim ad quietem corporis datam esse cognoscimus, non ad muneris alicuius & operis functionem, quae somno

H & obliuione transcurritur. Non sit in nobis comestatio, ebrietas, cubile, impudicitia. Non dicamus, Tenebrae & parietes operiunt nos, & quis scit si videbit altissimus? Sed sit in nobis amor lucis, & cura honestatis, vt tanquam in die ambulantes, opera nostra coram deo lucere cupiamus. Cui est honor, laus, gloria, potestas, cum domino nostro Iesu Christo, & cum spiritu sancto, a seculis & nunc & semper, & in omnia secula seculorum. Amen.

Rom. 13.
I & obliuione transcurritur. Non sit in nobis comestatio, ebrietas, cubile, impudicitia. Non dicamus, Tenebrae & parietes operiunt nos, & quis scit si videbit altissimus? Sed sit in nobis amor lucis, & cura honestatis, vt tanquam in die ambulantes, opera nostra coram deo lucere cupiamus. Cui est honor, laus, gloria, potestas, cum domino nostro Iesu Christo, & cum spiritu sancto, a seculis & nunc & semper, & in omnia secula seculorum. Amen.

Eccli. 23.
I & obliuione transcurritur. Non sit in nobis comestatio, ebrietas, cubile, impudicitia. Non dicamus, Tenebrae & parietes operiunt nos, & quis scit si videbit altissimus? Sed sit in nobis amor lucis, & cura honestatis, vt tanquam in die ambulantes, opera nostra coram deo lucere cupiamus. Cui est honor, laus, gloria, potestas, cum domino nostro Iesu Christo, & cum spiritu sancto, a seculis & nunc & semper, & in omnia secula seculorum. Amen.

CAPITA SECUNDI LIBRI HEXAEMERON.

De transitu auctoris per recapitulationem factorum die primo, ad opera secundi diei, cum deprecatione auctorum, & instructione qualiter dicenda debeant pensare. Caput I. De creatione firmamenti, & discretionem inter aquam & aquam: Et vtrum vnum tantum sit caelum, an plures, ac de confutatione philosophorum afferentium orbem stellarum motu suo dulcem quendam & plenam suauitatis sonum reddere. Caput II. De firmamento vtrum sit hoc quod in superioribus cae-

lum appellatum est, an aliud: Et quomodo aqua vera super caelos esse possit, cum reprobatione opinionis eorum qui hoc destruere conantur. Caput III. Quae sit inter caelos & firmamentum differentia, & firmamentum vnde nuncupatum sit. Quae etiam aliorum sit sententia de praedictorum distinctione. Caput IIII. De laude ac probatione operis secundi diei, eiusdemque clausione. Caput V.

FINIS.

DIVI AMBROSII EPISCOPI HEXAEMERON LIBER SECUNDVS DE DIE SECUNDO.

De transitu auctoris per recapitulationem factorum die primo, ad opera secundi diei, cum deprecatione auctorum, & instructione qualiter dicenda debeant pensare, Caput I.



DIEM PRIMUM vel potius vnum (maneat enim & Prophetici praerogatiua sermonis) vt potius absolutum: in quo conditum caelum, terram creatam, aquarum exundantiam, circumfusum aerem, discretionem factam lucis atq; tenebrarum, dei omnipotentis, & domini Iesu Christi, spiritus quoque sancti operatione cognouimus. Quis ergo non miretur dissimilibus membris disparem mundum in corpus vnum assurgere, & insolubili concordiae charitatisque lege in societatem & connexionem sui tanta distantia conuenire, vt quae discreta natura sunt, in vnitatis & pacis vinculum velut indiuidua coactione nescantur? Aut quae haec videns possibilitatem rationis infirmo ingenio rimeat? Quae omnia vis diuina incomprehensibilis humanis mentibus, & ineffabilis sermonibus nostris, volutatis suae auctoritate connexuit. Feat igitur deus caelum & terram, & ea quasi auctor esse praecipit, non tanquam figurae inuentor, sed taquam operator naturae. Nam quomodo sibi conueniunt operatoria impassibilis dei virtus, & passibilis materiae natura, taquam altera ab altera quod indigerint mutuantes? Nam si increata materia, videtur ergo deo creandae potestas materiae defuisse, & ab ea operationi subiacentia mutuata. Si vero incomposita, mirum admodum coaeternam deo materiem deo corem sibi non potuisse conferre, quae substantiam non a creatore acceperit, sed sine tempore ipsa possederit. Plus ergo inuenit operator omnium, q; contulit. Inuenit materiem, in qua possit operari: contulit autem figuram, quae de corem inuentis rebus afferret. Vnde excipiendus a caeteris tanquam dies vnus, non conferendus cum caeteris tanquam dies primus est, vnde fundamenta rerum omnium posita, & causae esse coeperunt quibus mundi huius atq; vniuersae visibilis creaturae fulta substantia est. Quare ad secundi diei admiranda opera sermo nobis prodeat, quorum eminentia non secundum tractatus nostri possibilitatem, sed secundum scripturam ad laudem referenda est creatoris. Vos igitur quae vt naturaliter aestimare, quae dicimus probabilius, ac simplici mente & sedulo ingenio pensare dignemini, non secundum philosophiae traditiones & inanem seductionem suaforia venisimilia colligentes, sed secundum regulam veritatis quae oraculis diuini ser-

Tals quo.